

F^o 51^{to} Millesimo trecentesimo LVIII, die XXI Maij.

Capta. Cum pro parte Marchexine uxoris Philippi de Uigoncia ciuis et fidelis nostri de Creta que instituta est furnitrix testamenti Alexij Callergi quondam dicti turbidi auonculi sui exponatur quod inter alia contenta in testamento predicti Alexij Callergi continetur quoddam legatum factum Marie uxori sue de seruentarijs duabus de Sisifea positis in insula nostra Crete in Turma de Psichro, sub districtu Canee, quas ipsa habere debebat in uita sua in suo gaudio si uiduare uellet et illas intromisit et tenuit iure legati predicti, deinde suis demeritis exigentibus forbannita fuit de Creta et bona eius omnia confiscata fuerunt nostro communi Veneciarum per processum factum contra eam per regimen nostrum Crete et per prouisores tunc deputatos ibidem. Et occasione confiscationis huiusmodi fuerunt intromisse etiam seruenterie predictae que ab eo tempore citra tenentur et afficiuntur nomine nostri communis Veneciarum et affictus earum excutiuntur annuatim per regimen nostrum Canee; quod licite fieri potuit quamdiu uiduare uoluit ipsa Maria. Set cum ipsa minime uiduauerit imo post hec alios duos uiros legitimos sumpserit unum post alium successiue, de jure priuata fuit suprascripto legato et per consequens commune nostrum ut exponitur illas seruenterias detinere non debet, quia principalis persona per quam commune acquisiuit intromissionem prefatam priuata est ipso legato eo quod noluit obseruare condicionem sibi appositam, unde ipsa furnitrix, ut asserit nomine dicte furnitionis seu nomine quorum interest, intendit prosequi jura sua de predictis seruenterijs et de introitibus seu affictibus earum receptis in communi post nuptias contractas per legatariam antedictam, set non auditur per regimina Crete tum occasione processus predicti, tum etiam occasione intromissionis inde facte nomine nostri communis Venetiarum, quare supplicabat ut in predictis subuenire dignaremur eidem; uadit pars intellecto tenore suprascripte supplicationis et puncto testamenti de quo supra fit mentio, quod scribatur duche Crete et eius consilio nec non rectori Canee eorumque successoribus quod audiant jura dicte furnitricis et aliorum quorum interest uel interesse poterit circa factum dictarum seruenteriarum et affictuum et reddituum earumdem, et determinent et faciant superinde quod fuerit jus et justum; non obstante intromissione predicta uel processu sententia, determinatione uel scriptura aliqua inde facta per regimen Crete uel prouisores uel per regimen Canee. Et si consilium etc.

26

Περὶ ἐπαληθεύσεως τῶν ἐμπορευμάτων τοῦ ναυαγῆσαντος παμφίλου τοῦ Ἰωάννου Νοβέλλη ἐν τῇ ἀκτῇ Ταρτεροῦ καὶ ἐπιστροφῆς εἰς τοὺς φορτωτάς, ἐὰν διεσώθησαν τὰ ἔγγραφα τοῦ ναυαγῆσαντος πλοίου, ἄλλως διὰ τῶν φορτωτικῶν ἢ δι' αἰτήσεως αὐτῶν, καθότι τὰ σήματα ἀπεσβέσθησαν. 1358, Μαΐου 29.



F^o 54^r Millesimo trecentesimo LVIII, die XXIX Maij.

1

Capta. Cum ducha Crete et eius consilium scripserint quod mercationes que recuperate sunt de pamphilo naufragato super splazia del Tartero, cuius erat patronus Johannes Nouello non poterant cognosci quorum sunt, quia signa totaliter sunt deleta, et prouisores nostri communis de mandato nostri dominij cri-
dari fecerint quod quicumque habebat de suo super dicto pamphilo faceret se
scribi ad officium ipsorum prouisorum et sic factum est; uadit pars quod rescri-
batur eidem duche et suo consilio quod mercationes et res dicti pamphili desi-
gnare debeant secundum scripturam quaterni dicti pamphili, si quaternum habent,
dando illas personis ad quas spectant seu earum nuntijs. Si uero quaternum non
haberent faciant ipsam designationem secundum tenorem cedule que sibi mit-
tatur inclusa uel nuntijs personarum in ipsa cedula expressarum in qua conti-
nentur quantitates mercationum et nomina et signa mercatorum qui dicunt
mercationes predictas esse suas. Si uero aliquae mercationes forent que non pos-
sent designari per signa que non apparerent et plures persone dicerent habere
jus in illis tunc ipsas mercationes designent et dividant inter personas petentes
de ipsis rebus uel nuntios suos per ratam secundum continentiam dicte cedule.
Et omnes dictas designationes faciant saluis omnibus iuribus tam nauigij quam
mercatorum et cuiuslibet alterius persone, et accipiendo in omni casu plezariam
ydoneam a personis quibus dabunt dictas res de respordendo cuilibet de jure
pro rebus quas recipient.

5

10

15

20

Capta. Quod suprascripte plezarie possint dari hic nostris prouisoribus et illi qui non darent plezarias dent illas in Creta et notificetur duche et eius consilio de illis qui dabunt plezarias Venetijs.

24

27

F^o 54^r Περί ὀρκωμοσίας τοῦ Ἀγγέλου Σιβράνου καγκελλαρίου Ρεθύμνου ἐνώπιον τοῦ δυνκὸς Κρήτης. 1358, Ἰουνίου 1.

28

Περί ἀλλαγῆς πεπαλαιωμένων κατέργων Κρήτης διὰ νέων, διατάσσεται ἡ ἀλλαγή ἐνός. 1358, Ἰουνίου 14.

F^o 55^{to} Millesimo trecentesimo LVIII, die XIII Junij.

1

Intellectis litteris ser Marci Gradonico capitanei galearum Crete petentis instantissime cambiri duas ex galeis sibi commissis; uadit pars quod mandetur patronis arsenatus quamquam cicius esse potest preparent et fulciant unam galeam subtillem de melioribus que statim mittatur ad capitaneum Culphi cum
illo numero hominum qui uidebitur dominio pro guidando eam. Cui capitaneo
mandetur quod ipsam debeat cambire, cum una ex galeis Crete de peioribus

5

